Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Zwei Kolleghefte - Cod. Ettenheim-Münster 161

Clasmann, Clemens

[S.l.], 1619

Quaestio I.

urn:nbn:de:bsz:31-114235

Visual Library

Prooemium.

Antequam ad Logicae explicationem veniamus aliquot quaestiones prooemiales tractandae erunt. Prima est quem locum inter alias disciplinas teneat Dialectica sive Logica. 2.da de nominib. naa, et fine Logices. 3.a de subiecto eiusdem. 4.a An Logica sit scientia. 5.a Si sit sia utrum sit speculativa ar Practica. 6.a Sitne pars Philosophiae ar solum instrumentum. 7.a sitne necessaria ad caeteras scientias capessendas. 8.a quo pacto dividatur.

quaestiones prooemiales
1.ma
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

QUAESTIO 1.a

Quem locum inter alias disciplinas teneat Logica?

Ut haec quaestio dissolvatur, et simul aliqua saltem scientiarum omnium notitia habeatur, operae pretium fuerit generalem scientiarum divisionem afferre.

Notandum itaq 1.mo artem sive scientiam (latissime hac voce sumpta) nihil aliud esse, quam promptitudinem quandam intellectus usu comparatam, qua aliquid recte vel efficere, vel agere vel cognoscere possumus.

Artis cuiusvis vel scia generalis definitio.

Notandum 2.o scias sive artes trib. modis dividi posse. 1.mo raõe eorum, in quib. versatur. 2.do raõe finis. 3.o raõe Ordinis. Iuxta primum itaq modum sit haec 1.ma divisio artium, de rebus aliae, de sermone aliae agunt. Quarum hae sermocinales, illae reales dicuntur. Realium genus latissime patet ut paulo post videbimus. Genus sermocinalium n.o gra-

Scia seu artes 3. modis dicitur.

Prima divis: raõe eorum in 1.ma divisio artium de R. alia de sermone al.

Prior ars realis dicitur. Posterior sermocina

A.

Grammatica propta tuenda veritatis
Dialectica ratio disserendi.
Rhetorica oratio dicendi.
Ita sermonem iterum in Dialectica secatur.
3.tio dim. rase Finis.

Practica ergo sunt:
Actiua in mam interna.
Effectiua in mam externa transeunt.
Contemplatiua in tria genera distribuuntur.

Physica circa mam rerum mobilium, id est, rerum ex materia et forma constantibus.
Mathematica considerat quantitatem. et dividitur in Geom. Arit. Astr. et Mus.
Geometria.
Arithmetica.
Astrologia.
Musica.
Perspectiua.
Cosmographia.
Theologia seu Metaphysica de potissimum de Deo et substantiis a mate separatis abstractis.

motica completur, Dialecticam et Rhetoricam. In hac ad dimensionem intelligendae est nomine sermonis non tm. sermo externus, verum etiam internus, quo secum quisq. colloquitur circa quem perpetuo versatur Dialectica, ut gitione 3 hac dicimus. 2.d dimitis iuxta secundam modum sit ita Actiua sive scientiarum, idem sunt Theoretica sive Contemplatiua, alia Practica. Contemplatiua sunt quarum finis est ipsa veritatis cognitio. Practica, quarum finis est opus. Practicarum quaedam rursus sunt Actiua, quae videlicet dirigunt actiones q in ipso agente manent, ut sunt velle, nolle, et similes adeq: idem vero Effectiua q in alia re exercentur ut in extructione domus, domq et similib. effectionibus. Contemplatiuarum vero tria genera faciunt. Artes s. Top. Sc. 2. et 6. Physicam scilicet, Mathematicam, et Theologiam seu Metaphysicam:

Physica seu naturalis scientia versatur in cognitione rerum naturalium mutabilium, ut Elementorum, Stirpium &c. Mathematica considerat quantitatem. Et quia quantitas triplex. Continua scilicet de Linea, duae sunt huius artis species: Geometria videlicet quae quantitatem continuam eiusq proprietates considerat: et Arithmetica, q discretam numerum et eius affectiones declarat. Sunt et aliae artes partim naales, partim Mathematicae, ut Astrologia q de magnitudine, numero, et motu orbium caelestium: Musica, q de tonorum consonantia et concentu: Perspectiva, q de rase radiorum visualium. Et Geographia, q de Orbis terrarum descriptione disserit. Theologia vero seu Metaphysica humane naali de reb. omnibus corporea motis et motoris expertibus tractat ut de substantiis separatis.

Verum est et alia longe nobilior Theologia, quæ non naturali fidei lumine innititur, quamq; singulari Dei munere accepimus, atq; huic Theologiæ sacræ subjicitur ius naturale, quatenus ea quæ Spiritus sancti lumine de iis quæ ad fidem spectant, explicata sunt, continet; nam quoad cætera non est dubium quin politicæ subjiciatur.

Theologia duplex Una naturali lumine. Altera singulari Dei beneficio accepta.

Jam vero Activarum duæ sunt genera: Unum quod dirigit operantes intellectu, ut est Dialectica: Alterum quod dirigit actiones Voluntatis et vocatur moralis scientia. Effectivarum denuq; alia dirigunt sermonem externum, quib. homines inter se conversantur ut Grammatica et Rhetorica, alia vero res alias externas, ut supra diximus.

Activarum duæ sunt genera.
Unum quod dirigit operantes intellectu.
Alterum actiones Voluntatis.
Effectivarum alia dirigunt sermonem externum. alia internum.

3tia Divisio rationis Ordinis.

3tia Divisio vero ita ut artes vel scientiæ dividantur in tertium modum, hoc est: Artium sive scientiarum quædam sunt Superiores, quædam Inferiores. Superiores sunt morales scientiæ naturales et utraq; Theologia: atq; hæ potius scientiæ quam artes appellandæ sunt. Inferiores quæq; capiunt artes quam scientiæ dicuntur, continent septem liberales et totidem serviles. Liberales sive ingenuæ sic dictæ quia illis excolitur animus libera et ingenua pars hominis: hæ sunt Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Musica, Geometria, et Astrologia. Serviles sic dictæ, quia ijs potissimum exercetur Corpus ad serviles operas: hæ sunt Agricultura, Venatoria, militaris, fabrilis, Chirurgia, Textoria, Nautica. quæ omnes huic servib. comprehendi possunt.

Superiores sunt Physica, Moralis, et utraq; Theologia.
Inferiores quatuordecim liberales et totidem servilis contin.
Liberales.
Serviles.
Venatoria non hic significat eam, quæ se exercet venatione ferarum, sed etiam piscandi artem.

Lingua, tropus, ratio, humerus, torus, angulus, acta . . . Liberales.
Bus, remus, arma, faber, vulnera, lana, rates . . . . Serviles.

Ex hac itaq; generali divisione scientiarum non manifestum est quid ad quæstionem propositam respondendum sit

Divisionem 1.ma Dialectica ...entia Sermocinalis.
Divis. 2.a Practica, et ...dem Activa.
Divis. 3. Liberalis dr.

1.ma divisione Dialectica sive Logica inter Sermocinales.
2.a inter practicas, et quidem Activas.
3. inter inferiores quidem, sed liberales ponitur. Vide Fonsec: secundo Metaphys. c. 3. q. 2. sect. 5. Et Conimb. in Logicam. q. 2. et 3. proœmial.

QUAESTIO 2.da

De Nominib: Nãa, et Fine Logices.

...cognitione Nominum. Nãæ Finis scdm ordinem drãæ ...titia dependet.

Ut facilius illigatur quid de Nominib. et nãa sentiendum sit prius investigabimus, quisnam eius Finis. Hoc v.o ordo drãæ postulat, cum ex cognitione illorum notitia dependeat. Prætermissis igitur aliorum sententijs hac de re, quas videre poteritis apud Fonsec: loc. antea cit. q. 1. sect. 2. quisnam Logicæ proprius finis et peculiaris sit, ex imbecillitate rãonis humanæ colligendum est. Est n. communis Philosophorum sententia Logicam ad rationis vitia emendanda q̃sitam et inventam ee: propria autem rationis vitia in eo cernuntur, quod nec facile nec sine erroris periculo per ea, q̃ novimus, incognita investigare possumus. Unde effuitur, ut proprius Logicæ finis sit viam et rãonem tradere, qua facile et sine errore possimus ex cognitis incognita intelligere ac aperire. Dixi propria rãonis vitia, non intellectus, nam intellectus humanus quatenus distinguitur ab intellectu substantiarum separatarum, dr rão, propriumq eius est ex cognitis incognita discursu quodam cognoscere, cum illarum intellectus sine eo res percipiat. Hinc iam patet 1.mo recte quidem Nominalem ee scientiam ex antiquioris vocabulo Dialecticam, et recentiori à Posteriorib. Peripateticis invento Logicam. Utrumq n. Cicerone interprete significat rãonem sive artem disserendi.

...gica cur sit inventa.
...æ sint rãonis vitia.
...gicæ finis proprius
...rãonis vitia duantur et non ...tus.
...ntellectus humanus.
...ntellectus substiarum separatarum.
...ag, Dialectica, et Logica Cu... significat rãonem sive ar... disserendi.

Disserere a. præcipue nil aliud significat, quam ex